terrestres. Cum ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus ac quibusvis processibus iuris tunc quoque opus fuerit, tuere defendere, evincere, eliberare, protegere bonaque praefata munda et libera facere sub aliis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxandis. Nihilominus praefatus Baczinski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia antedecursum unius anni transportare sub similibus damnis terrestribus sine corporali iuramento taxandis. Pro quibus quidem aliis terrestribus praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc foro suo quovis proprio omisso coram castrensi capitaneali praemisliensi officio in primo cittationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefatis aliis terrestribus omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus suspensionibus, legalibus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendo, motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena terrae maioris et triplici poena ac aliis omnibus generibus dillationibus iurisque remediis simotis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris tunc quoque opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Orzechowski Ttr. Lodzinski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis castrensis praemisliensis Generosus Joannes Orzechowski olim generosi Joannis [illegible] filius, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedens, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores cum bonis suis omnibus quo ad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando et subiciendo, et corpore sanus existens publice per expressumque suo et Generosi Pauli Orzechowski fratris sui germani nominibus pro illius ratihabitione cavendo ac se et suos successores super bonis suis omnibus inscribendo et obligando, recognovit. Quia Generoso Joanni Lodzinski et eius successoribus summam Noningentorum et decem florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certi vere et liquide debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesentque se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligantibus mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit pro die et festo sanctae Agnetis virginis proxime et immediate venturo solvere realiterque circa acta praesentia castrensi praemisliensi reponere et relinquere, in defectu vero solutionis et summae praefatae pro tempore supradicto solutionis praefixo reponendo, extunc tenebitur praefatus Joannes Orzechowski cum suis posteris quos secum super omnibus bonis suis haereditariis et obligantibus mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit eidem Joanni Lodzinski vel eius posteris dare et libere admittere realem introitum cum actuali et pacifica possessione in bona sua et praedicti

fratris sui haereditaria videlicet in totam et integram sortem villae Orzednia et decem Cmetones possessionis quos sibi elegerit in villa Wolia per ministerialem terrestrem quemcumque iam exnunc per officium praesens ad id additum sub vadio similis summae Noningentorum et decem florenorum pecuniae monetae polonicalis. Per ipsum Joannem Lodzinski et eius successores bona praefata a nitrum amepta ad festum nativitatis Christi proximo tunc venturum et in defectu protunc exemptionis extunc ad aliud simile festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis sequentibus cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nullis exclusis et exceptis, a granitiis ad granitias sic videlicet prout eadem bona solus tenuit habuit et possidebat tenendum habendum possidendum usque ad exemptionem et summae praefatae plenariam coniunctim persolutionem. Tenebiturque praefatus Joannes Orzechowski cum suis posteris quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Joannem Lodzinski et eius posteros in bonis praefatis et omnem eorumque ab omni quavis impetitione iuridica et extraiuridica omnibusque damnis et impedimentis violentiisque quarumlibet personarum sexus utriusque et praesertim a praedicto Paulo fratre suo germano et eius posteris. Cum ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus ad utilitatibus cuicumque personarum factis et faciendis cittationibus concittationibus, admittendis, innotescentiis tam terrestribus quam castrensibus sive etiam regalibus in bona praefata importatis et importandis, iuris perducere poenis aliis vadiis triplicatis ac quibusvis processibus iuris super bonis praedictis perductis et perducendis, tunc quoque opus fuerit tuere defendere evincere eliberare pacificare bonaque praefata munda et libera facere. Nec debet ipse Joannes Orzechowski cum suis posteris eidem Joanni Lodzinski vel eius successoribus in bonis praefatis obligatis tam vel quam iure iniuriari aut quovis modo pacificam possessionem per se et sub missas personas tam in toto quam in minima parte praepedire et adimere sub simili vadio Noningentorum et decem florenorum pecuniae. Insuper etiam praefatus Joannes Orzechowski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia antedecursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere vel prout praedicto Joanni Lodzinski et eius posteris visum fuerit sub simili vadio Noningentorum et decem florenorum pecuniae monetae polonicalis. Quae quidem praemissa omnia et singula in praesenti inscriptione contenta et descripta, praefatus Joannes Orzechowski se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligantibus mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit tam in toto quam in minima parte tenere

complere et exequi sub vadio et vadiis speciali et specia-
libus Nongentorum et decem florenorum penis, in defectu completionis
praemissorum eorum in praesenti inscriptione contentorum et descriptorum
vel cuiuslibet clausulae. per eundem Joannem Orzechowski vel eius
posteros praedicto Joanni Lodzinski vel eius successoribus ad solvendum
irremissibile ad simplicem verbi assertionem sine corporali iura-
mento penis Joannis Lodzinski vel eius successorum tunc quoniam necessa-
rium fuerit succumbendum. Pro quoquidem vadio seu vadiis sese
ipse Joannes Orzechowski praedicto Joanni Lodzinski vel eius suc-
cessoribus ad iudicium seu officium praesens castrensis capitaneale
praemissorum citare permiserit et eius posteri permiserint. extra
a terris dictis iuribusque suis quibusvis propriis ac foro
competenti recedendum, coram eodem iudicio seu officio cuius ad quod
sequitur citabitur (actus praesentis respectu) cum successoribus bonis
suis omnibus subiicit in praemissis cittationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis satis-
facere tenebitur vel eius posteri tenebuntur tunc quoniam opus
fuerit. Nullum terminum omnium praemissorum vera vel simplici
infirmitatibus, actione pro maiori, litis et decretis regalibus
statutis et constitutionibus quibusvis novis vel veteribus laudatis
et laudandis, Bellis cologanis conventionibus generalibus vel par-
ticularibus, servitio militari et reipublicae sive sacrae Regiae
Maiestatis, expeditione bellica, incursu hostium, absentia a regno
ac aliis omnibus legalibus impedimentis non differendum, nec pro-
longandum atque se excipiendum, minorennitate successorum se non def-
fendendum, nec ad annos discretionis, nec ad quietem mortificationisque
inscriptionis praesentis, nec ad evictorem seu evictores ei quem
vel quos de iure habere possit, nec ad munimenta quaevis dila-
tionem seu dilationes recipiendum, a decretis quibusvis tam in
accessorio quam in principali negotio latis et factis, nullas
motiones cum appellationibus faciendum, nec ad prosequendum easdem
iudicem et partem adcittandum. Allegationibus. Quod non fieri eva-
dendum vadium facia et facere me offero, nec clausula neminem
ad impossibilia teneri et obligari se non tuendum, poena totius
marcae et triplici poena vadium seu vadia praenominata non
evadendum, malam cittationem et intempestivam eiusdem poenam, malam
in lucro condemnationem, malam processum iuris non obiicien-
dum nec eandem condemnationem lucri processumque iudiciarium ignoran-
tia et iuramento corporali subterfugiendum. Immo secum successoribus
omnibus iuris remediis evasionibus praescriptionibus suspen-
sionibus, dilationibusque generaliter universis quotquot solum
sint et de iure consuetudineve observentur poenitus abrenun-
tiando. Gentes vel sibi in auxilium contra inscriptionem praesentem
eiusque effectum recipiendum suae suorumque successorum sub ammissione
totius causae vel lucrum praefati vadii vel vadiorum. Quo
vel quibus solutis utique inscriptioni praesenti et omnibus in ea contentis
satisfacere cum suis posteris tunc quoniam opus fuerit tenebitur.
Nulla praescriptione terminorum in praemissis obstante.

Terlieczki donat Machno sculteto

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus

praemissorum nobilis Hriczko Terlieczki olim nobilis Simko Terlieczki
filius mente et corpore sanus existens, foro suo quovis proprio omnisso
praesenti vero castrensi praemissorum iurisdictioni se successores ac bona sua
omnia quo ad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporandum
et subiicientem publice per expressumque recognovit. Quia provido Ma-
chno in villa Wolia Wolosinowa ad oppidum Sol pertinentem sculte-
tiae tenutario et eius successoribus bona sua haereditaria videlicet totas
et integras sortes suas in villis Terlo Zieborzow, Bossochi et Swin-
ne quae sibi divisione inter fratres alios redeunt, cum omni iure
nimo proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis
fructibus, proventibus redditibus, utilitatibusque universis nullis
penitus exceptis et exclusis, sed omnibus in genere et singulis
in specie comprehensis, vel iuris dominii proprietatis ac quorum-
vis usufructuum et utilitatum in praedictis bonis pro se et suis suc-
cessoribus reservandum et excipiendum, a granitiebus ad granities
sic videlicet prout ipsum eadem bona spectant et concernunt, nec non
et totam sortem suam molendinum piscinaeque tam et aream cum
aedificiis et hoc in villa Bossochi pertinentem, dedit donavit inscri-
psit, praesentique dat donat inscribit ac modo perpetuae et irrevocabi-
lis donationis cum titulo haereditario resignat perpetuo. Et iam
existens praefatus Hriczko Terlieczki eidem Machno dat et dedit
realem in terminum cum actuali et pacifica possessione in bona praefata
per ministerialemque et nobiles tunc dum ad eandem acceptandum cum mi-
nisteriali et nobilibus praedictis venerit se et suos successores super
omnibus bonis suis obligat et inscribit daturum et admissurum sub
damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iu-
ramento taxandum. Per ipsum Machno et eius posteros bona praefata
cum omni prout supratum est iure dominio proprietate tenendum habendum
possidendum dandum donandum, vendendum, commutandum, alienandum et in usus suos
successorumque suorum beneplacitos convertendum perpetuo tenebiturque
praefatus Hriczko Terlieczki cum suis posteris quos secum super
omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Machno et eius po-
steros in bonis praefatis et occasione eorundem ab omni quavis im-
petitione iuridica quarumlibet personarum sexus utriusque
et praesertim a fratribus suis germanis vel eorum posteris,
tam ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus, prioribus et
posterioribus, cittationibus et a quibusvis processibus iuris
tunc quoniam opus fuerit tueri defendere evincere et liberare pro-
tegere bonaque praefata munda et libera facere, sub similibus
denis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iu-
ramento taxandum. Praeterea praefatus Terlieczki se et suc-
cessores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem
inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemissorum ad primos
terminos terrestres praemissorum, seu ad primam et proximam
actorum eorundem ponendum, quod forum ab huius primo et proximo
praemissorum fuerit celebratum transferre transportare similiterque
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub similibus